

212. ARCHIDOXIS THEOPHRA: LIB. X.
les ægritudines: Quarta contra Incantatiōes: Quinta contra Imaginationem: Sexta contra Æstimatiōem: Septima verò contra Superstitiones.

*Complexiones cur
taceantur.*

*Conseruatio ex so-
la virtute naturae
est.*

Cæterum etiam si nullam in his fecerimus complexiōnum mentionem, non est tamen quod admirandi. Conseruare namq; totum corpus in longan vi- tam, non est situm in complexionibus, quatenus vi- delicet ipsæ recto aut falso constent æquilibrio, aut plus minusve æquo diminutæ sint: Sed in virtute na- turæ duntaxat id omne consistit, ex qua nimirum reliqua oriuntur omnia, atq; emanant. In conserua- do quippe vitam longam, vnicā est virtus, quæ de- trahit quatuor humores, quorum nulla penitus ra- tio habenda est. Medicus itaq;, qui ex complexio- nibus medicatur virtutem naturæ, tanti æstimādus plānè est, quanti is qui flammarum ab igne extinguit ne vrat, carbones autem ignitos relinquit. Maior namq; cura in id impendenda est, vt radices arboris conseruentur, quam ramī, cūm ex radicibus vis p- ueniat tota. Si verò ex accidenti quippiam sinistri Radix vita, ramis eueniat: sicut Radici vitæ ex complexioni- bus aut humoribus accidere potest: id accidens ni- mirum est, quod sanitatem quidem non confert, as- dimit tamen. Huius utiq; facimus mentionem, vbi loquimur de tribus morborum generibus. Tota itaq; in-